ſta inuenitur illeſus omnino ꝙ qua
ſi ſub incendio durante cera nec mi
nutiſſima apicū deficeret in ea qua
tinus liquide cunctis manifeſtaret
quanti meriti quanteqꝫ virtutis co
raꝫ deo ſanctus haberetur Eundē
qꝫ baculum poſt ipſius obitum ſuꝑ
ſepulcruꝫ eius fratres impoſuerūt
infixum. qui in eodē loco vbi fixus
erat vſqꝫ ad tempora beate memo
rie Radbodi epiſcopi ꝑdurauerat
Cum aūt tempus adeſſet ꝙ ſanct⁹
vir diu optatam celeſtis regni pat
aꝫ adire deberet. modica febre cor
reptus ſuam intellexit imminere ſo
lutionem. accerſitis ad ſe fratribus
indicauit eis et diem ⁊ tempus ſue
remunerationis Cūqꝫ ſe morti ꝓxi
mum agnouiſſet fratres iteꝝ āmo
nuit vt ad ſe venirent et cū eo pſal
mos ꝓ expectatione ſui exitus de
cantarent Omnibus exequiarū mi
niſterijs ſcḋm ipſius iuſſum rite pera
ctis valefecit fratribus deprecans
eos pro ſe domino preces effunde
re. ꝓmittenſqꝫ ſe pro eis ⁊ loco. nec
non ꝓ habitatoribus loci ad deū
ſe oraturum omni tempore Mox cō
uerſus ad dominuꝫ nil mortem tre
pidans. qm̄ ſibi fuit mori lucruꝫ hi
laris mente dixit. In manus tuas
domine ↄmendo ſpiritum meū In
ter hec verba de corpore ſāctiſſima
illius egreſſa eſt anima Qua ſciliꝫ
eruēte tanti illic miri odoris aſper
ſa eſt fragrantia vt omnes illi qui
aderāt ineſtimabili ſuauitate reple
rent ita vt per hoc patenter agnoſ
cerēt ꝙ angelici ciues animā egre
dientem ſuſcepiſſent Celebrat autē
eius ſolennitas pridie ydus Junij.
Fiūt etenim in traiecto. veꝝ etiam
in ſtaueron eius intercedentibus
meritis miracula innumerabilia ꝑ
gloriam et honorem domini noſtri
iheſu xp̄i qui viuit ⁊ regnat de⁹ ꝑ in
finita ſecula ſeculorum

De ſancto Bonifacio.

Beatus Bonifacius genita
le ſoluꝫ in inſula que Britā
nia dicitur habuit quā mo
do gens colit anglorum que a ſa
xonibus originem traxiſſe putatur
Angli vero ab anglo id ē firmamē
to regni deriuari nō abſurde dicun
tur qui reuera fortes ſunt et validi
xp̄i opitulante gratia ꝓuincias ſu
as armoꝝ viriūqꝫ robuſtaꝝ turiſſi
mas reddunt preſidio Aliquando
autem piratas ex boreali parte ve
niētes paciunt infeſtos quos tm̄ a
finibus ſuis ſtrennue pugnando re
ijciunt In prefata inſula quondaꝫ
extitit paradiſus dei. ex quo tā pre
cioſa profluxerūt aromata vt a bri
tannico mari vſqꝫ ad arces romu
leas omēs circumquaqꝫ regiones
diuino odore perfunderēt Ex his
aromatib⁹ fuiſſe legit̄ Forſe⁹ ⁊ fra
tres ei⁹ Willibrord⁹ q̈ꝫ magn⁹ xp̄i
ane religionis ꝓpagator. et iſte bo
nifaci⁹. multiqꝫ alij q̈s in li. hiſtorie
anglorū ꝟtutib⁹ claruiſſe beda cō
memorat Ibic itaqꝫ de q̈ ſeries nr̄e
narratōis texit̄. vbi ꝑmū pueriles
ānos euaſit. ilico ſe totū diuine legis
ↄtulit eruditorio In q̈ diſciplinis
celeſtib⁹ ad ꝑmc erudit⁹ i breui opi
natiſſim⁹ vere ph̄ie cultor effect⁹ eſt
Orationi inſiſtere. ieiunijs corpus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

macerare. frequentes vigilias age
re. gloriam mundi nō ambire. fauo
res humanos nō querere. prepoſi/
tis obedire. cū fratribus ↄcordare
&c. Porro in his omnibus nō infla/
batur. non irritabatur. non cogita
bat malum ſed in lege dn̄i medita/
bat die ac nocte. erat q̄ tāq̄ lignū
quod plantatatum eſt &c. Cū ergo
tantis bonorum diuicijs abundaſ
ſet. cepit agere ſecū vt exiret de ter/
ra natiuitatis ſue et ꝑperaret ad lo
cū in quo immolari domino potu
iſſet. Et tandem occaſionē nactus
mare tranſfretauit. friſonū inſulis
aduectus eſt traiecto opido applu
cuit vbi euangeliſauit gentibus re/
gnū dei. multoſq̄ ydolatrie dedi
tos ↄuertit ad fidem. Sed cum ple
riq̄ procaciter repugnaſſent ſenti/
ens athleta dei nondum ſibi tp̄us
paſſionis adeſſe reuerſus eſt in pa
triā ſuam vt curā ſuoꝝ interea ge
reret donec eidē ſpūſſanctus reue
laret vbi et quādo martirij coronā
percepturus eſſet. Poſt aliquātulū
temporis angelica vt creditur viſi
one premonitus romam ꝑrexit be
nedictionem a ſummo pontifice ex
petens. ſed eam a xp̄o ꝑ apoſtolos
ſuos petrum et paulum excipiens.
Cumq̄ omia que illic erant orato
ria circuiſſet. deductus inde cū ho
nore a papa Gregorio. ceteriſq̄ ti
moratis viris ꝓfectus eſt. Audito
aūt ꝙ germanoꝝ plurimi ſine deo
eſſent illuc letabūdꝰ diuertit ſperās
ſe in his regionibꝰ martirē poſſe fi
eri. et cum effudiſſet illis opes que
ſine termino ſūt Argentū et aurum
nō ↄcupiuit. nec q̄ſiuit ab illꝭ agros
ꝼtiles vineaſq̄ vberes. nec tuceta
mollia. nec ꝓmptuaria vino faler/
no ↄdita ſue redolentia ſꝫ potiꝰ ani
maꝝ ſalutē ī hāc q̄ſiuit et deo gra
tias hāc inuenit. nā multitudinē po
puli in his ꝑtibꝰ ad fidē catholicā
trāſtulit. Et illi q̄dē ātea in ſuis lo
cis ac delubris laruas lemureſq̄
coluerāt. ſꝫ bonifaciꝰ falcē manu te
nēs diuinā oēs faunos et ſatiros
q̄s nōnulli paganoꝝ ſilueſtres de
os appellāt fūditꝰ extirpauit. Simi
liter aūt et driades napeaſ ichm̄oi
magis portēta q̄ numina xp̄ianis
oībꝰ nauſipendē ꝑſuaſit. Uerū q̄a
n̄ ſufficꝫ ſi mala deijciāt. niſi ⁊ bō ſta
biliāt ſic n̄ ſufficꝫ ſi euellaſ ⁊ deſtruaſ
niſi et edifices ⁊ plātes. vir iſte ſpū
dei plenꝰ ī locis a q̄bꝰ ſupdcās vāi
tates expulerat. ilico monaſteria in
clita ⁊ baſilicas eximias altaria q̄
diuinis ſacrificijs ↄſtruxit. ibiq̄ in
uocari ſtatuit nomen dei viui vbi
mortua ydola ab īdigenis colebā
tur. His itaq̄ geſtis cū ꝑagraſſet
oēs ꝓuincias alemanorū. noricorū
&c quoſdā fines frācorū preponēs
illis fidei miniſtros ydoneos vale
dixit frībꝰ et ſic ī noīe dn̄i ꝓficiſcēs
alijs q̄ ꝓuincijs ſeſe ↄtulit vt illas
etiā ab erroribꝰ ſuis per gratiā do
mini liberaret. Et primo friſonibus
quibꝰ iā antea p̄dicauerat nauigio
reuectꝰ eſt qui vere q̄admodū ⁊ pi
ſces morant̄ in aquis quibꝰ ita vn
diq̄ ↄcludunt̄ vt raro ad exteras
regiōes acceſſū habeāt niſi nauibꝰ
ſubuehant̄. Hos r̄motos a ceteris
nationibus. ideoq̄ brutos et bar

baros celeſtis ſeminiuerbiꝰ adiḭt et
ſicut in quodā codice ſcriptū reꝑpe
ri adheſit ibi willibrordo claro ec-
cleſie lumini. de quo ſupra mētio fa
cta eſt qui ꝑ ideꝫ tꝑus traiecto reſi
dens pauꝑis orti cuſtos erat Sed
cū adhiberet tāto agricole adiuto
riū creuit et prediū Iūctis q̄ꝑpe ma
nibꝰ hij duo egregij ductoēs dn̄ici
ſpaciū agri plurimū dilatarūt affi-
ciētes orōibꝰ ſuis vt ꝓ ſilice id ē infi
delitate catolice fidi nouelle ſuccreſ
cerēt ꝓ vrtica āt id ē libidine ↄtinē
tia ꝟgialis. ꝓ vepre id eſt auaricia
caritas germinaret que eſt bonoꝝ
oīm radix Et cū hec feciſſent. oran
tes alter ꝓ altero ab inuicē diſceſſe
rūt. et willibrordꝰ quidem traiecto
ſubſedit bonifacius aūt denuo ꝓfe
ctus eſt romā Quo cū ꝑueniſſet of
ficioſiſſime ſuſceptꝰ eſt a beato gre-
gorio Et cuꝫ ꝑ dies aliq̄s de miſti
cis et ſuꝑnis agerēt rebꝰ videns eū
papa iā dictus euāgelice doctrine
ſcatebris redūdare ad habita ↄui-
uencia ſanctoꝝ qui rome erāt cohi
bentia ſacrū illi pōtificatꝰ tradidit
infulatū. ac cū vt putat̄ poſt bene-
dictionē exhortatione corroborās
Audiſti frat̄ ac vidiſti q̄t milia ho-
minū apud germaniā antiq̄s ydo
latrie detineant̄ erroribꝰ. et quāto
filioꝝ numero fraudet̄ mat̄ ecc̄ia ſi
tā clare familie fuerit lumen celeſte
ſubtractū Nūc ergo qꝛ vir ꝓbꝰ es
et inſignis nr̄e religionis pb̄s. ↄſu-
le tante multitudini ad ſalutē vt ta
lentū qđ tibi creditū eſt. duplicatū
dn̄o reportare merearis Tolle igit̄
tecū perā paſtoralē cū lipidiſſimis

dine legis lapidibꝰ vt cū gigas ille
q̄ totū iſrahel demoliri cupit đ ſua
turpiſſima victoria oſtauerit cū cō
tinuo hūani generis aduēſario da
uiticꝰ bellator occurras Etſi tibi in
h agone oblata fuerit corona mar
tirij. libēs eā ſuſcipe nihil te heſitās
ꝑceptuꝝ ꝓ hmōi trāſitoria pena di
uicias imortales. et his dictis dimi
ſit eū in oſculo ſācto Porro bonifa
ciꝰ tā bn̄dictiōe archiep̄ali q̄ꝫ muni
mētis doctrinalibꝰ roboratꝰ germa
nos ſuos ilico reuiſit. fortiſſimūq̄ꝫ
preliū cū ſpurio ciclope omittēs. et
gladio ꝟbi triūphās caſtra iſrahe
litica de ꝑdatione philiſtinoꝝ xp̄o
manu ciꝰ pugnāte eripuit Deniq̄ꝫ
qđ ꝑori victorie reſiduū fuit hoc in
iſto ↄgreſſu plenit̄ ſuꝑauit ⁊ tādeꝫ
pace ꝑ oīs fines illos ↄpoſita ro-
mā tertio adiḭt cupiēſ adhuc pleniꝰ
inſtrui xp̄iane milicie doctrina. veꝝ
q̄ didicerat a ſpū ſancto et loq̄bat̄
miſteria non habebat nec̄e vllis or
thodoxi ingenij argumētis āplius
eruditi potiꝰ q̄ꝫ iudicabat̄ a cūctis
eū grādis dei exercitꝰ debere fieri
ductorē ꝑiter et doctorē Sicq̄ꝫ ēna
bn̄dictione oīm romane ecc̄ie ſcōꝝ
ↄfortatꝰ Iteꝝ fec̄ germaniā ſua ſa
lubrima reuerſiōe adeo felicē vtpo
te qꝛ tūc ſex̄ vice ſe ꝑbens vere fidi
lumē infudit. Afigēte āt illo tētoria
ſecꝰ alueū reni flumis ecce populus
francoꝝ inumerabilis ꝓmiſcui ſexꝰ
ei obuiā ꝓceſſit. obſecrans ſimul et
ↄteſtans vt ſe maguntine ſedi ep̄o
deſtituto et tali patrono egenti in-
troniſari ꝑmitteret. Qđ cū homo
beatiſſimꝰ quē nunq̄ꝫ reuelatio an-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gelica deſerebat ceſſit ſācto ſpiritui bonūq̧ ſuſcipiēs nō adhibuit faſtū labori ſuccūbens delicias nō admi ſit. pontificiū adept⁹ humilitatē nō pdidit Quinimmo neceſſitates erū naſq̧ ſingulorꝫ humeris ſuis impo nens et cū torꝫ onerib⁹ colla ſūmit tens in omnib⁹ iuxta apoſtolū fide lem ſe diſpenſatorez et irreprehenſi bilem xp̄i ouib⁹ paſtorez exhibuit. Sed iam nūc tp̄s ammonet vt de curſis his que dignis eius morib⁹ quos in adoleſcentia habuit legiti miſq̧ laborib⁹ quib⁹ in iuuētute cer tauit necnō et ſancta cōuerſatione qua in ſacerdotio tanq̧ ſtella luci diſſima fulſit cōueniūt nō tñ ſm ge ſtorꝫ dignitatē ſed ſm vires meas ad martirij eius relationē hiſtoriū cula nr̄a pueniat Quod nō idcirco ei tā dilatū eſt quaſi ipſe aut paſſio nis ſupplicium aut mortis impetum formidauerit ſed vt audaciter de euāgelio loquar nondū venerit ho ra eius Naz decretum fuiſſet a do mino vt inter ipſa inicia predicatio nis hm̄oi brauiū pciperet mltimodiſ egeat vir ille vt ſiue inter friſones barbaros ſiue int̄ ferociſſimos ger manos capite truncaret̄. Sz pius deus qui volebat ad huius exēplū accēdi q̄plurimos nō pmiſit famu lū ſuū gladio gentiliū trucidari pri uſq̧ multa milia aiarꝫ vncino fidei ab ipſis leuiathan facib⁹ extrahēt acſi ſequēter ad xp̄m cū tanto ag mine pperaret ihorꝫ itaq̧ et rei ge ſte ſeries ita ſe habet. Cū beat⁹ bo nifacius in maguntine ſedis preſu latu plurimis dieb⁹ dn̄o miniſtraſſz

reuelata eſt ei Willibrordi ſanctiſſi mi epiſcopi carnalis depoſitio ⁊ ad celeſtē gloriā tranſmigratio Grati q̧ ſenſit fortis adletha ſibi iterꝫ pe ram cū lapidib⁹ ſuis ſumendā iterꝫ cū goliath philiſteo bellū gerendū at nequaq̧ incert⁹ quid agēt Spi rit⁹ eni ſanctus eidem omnia reue labat. confeſtim nauigio illuc pperauit vbi cuz dyabolo totis virib⁹ certaturus erat. morq̧ per vndas reni notiſſimo ſibi loco id eſt traiec to delatus eſt ⁊ cū applicuiſſz vidit ſibi obuiū exire chorum angelicum quē Willibrordus doctor eximius in monaſterio ad laudē et gloriam nominis dei aggregauēat Cū his ig̊ pceſſit ad eccleſiam. et cū oran tibus orauit. cū gementib⁹ gemuit cū lamentantib⁹ fleuit. cū plangen tibus Willibrorduz acriter planxit Naz et ipſe tanto patri ſūmo amo re cōiunctus fuerat et fide deuota ɔfederatus Cum autez pertranſiſ ſent dies luctus et triſticie accēſus eſt preſul facundiſſim⁹ ad predican dum. accinctuſq̧ eſt miles inuictiſſi mus ad agoniſandum querenti ap tū predicatōni locū atq̧ certamini oſtenſum eſt ei diuinit⁹ eſſe quaſdā gētes in litore occeani ſitas quib⁹ eum euangeliſare oporteret perce pturus inter illas coronā vite quā promiſit deus diligentibus ſe. pri mus ergo pcellis ſe tradidit fluuia libus. auſtroq̧ iter fecunditate de latus in inſulam que ſmone patrio oſtricki dicit̄ grās egit dō ɔſidēs ſibi poſt hoc neq̧ luctū neq̧ clamo rez neq̧ dolorē vllo mō nociturū

qñquidẽ ſit hec omnia in eadẽ inſula trãſitur⁹ Sic et olim paul⁹ ad victimã ꝑperãs deuenit in inſulã mitilene ſed paulus eſt ab illis humane tractat⁹ iſte a friſonib⁹ ꝯtumelijs ⁊ terrorib⁹ laceſſit⁹ Illi⁹ manũ vipera momordit. huius caput ſpiculator impius amputauit Paul⁹ inde ro/mã nauigauit. bonifacius iſtic curſuꝫ ꝯſũmauit Multa tñ ꝯcurrũt documẽta virtutũ Vna volũtas par nauigatio. labor ſimilis. affect⁹ eq̃/lis Sed paulus mgr̃. iſte diſcipul⁹ ille gentiuꝫ doctor. iſte germanoꝝ predicator. ille ſedebit vt iudex in throno apl̃oꝝ. iſte a dextris ſtabit in numero ſanctoꝝ. habebit itaqꝫ cũ paulo felicitatis ꝯſortiũ ad cui⁹ ſilitudinẽ ſuſcepit ictũ et dereliquit mundũ Cõgratulabit̃ aũt martir martiri. doctor predicatori. apoſtolus ſacerdoti in ꝯſpectu xp̄i Ꝑere/git igit̃ ſanct⁹ bonifacius curſũ ſuũ ſtans ⁊ orans. tyrannoqꝫ iugulos ad decollandũ prebens. iiij. Kal̃. iunij. die iij. Vñ ⁊ illud tetraſticõ habet̃. et in depoſitionis eius ſolẽnijs ab eccleſia cantat̃ hymnis in no/uis feſtum venerabile nobis Aduenit exultant fratres cum ciuib⁹ in quo Tũc qꝫ celoꝝ meruit bonifacius alta. Et cãdere ꝑpetuã mercat⁹ in ſanguine vitã. Mihi aũt in eadẽ regione ſciſcitãti de eo ſiquid ſcribẽ poſſint relatũ eſt adhuc ſupſtiteꝫ eſſe quandaꝫ mulierẽ. ſed iam valde decrepitaꝫ que iureiurando aſſere/bat ſe decollatõi militis xp̄i fuiſſe pñteꝫ. dicebatqꝫ ꝙ cũ gladio feriendus eſſet. ſacrũ euangelij codicẽ capiti ſuo impoſuerit vt ſub eo ictum ꝑcuſſoris exciperet. eiuſqꝫ preſidiũ haberet in morte cui⁹ lectionem dilexerat in vita Perempti ſũt et diſcipuli ei⁹ cũ eo in loco qui dockinga dicit̃. vbi poſtea in honore tanti martirij ꝯſtructa eſt baſilica nobilis iuxta quã fõs aque dulcis emanat cum alibi ꝑ totam regionẽ illã ſalſe et amare ſint aque. Et ferunt hunc fontem a bonifacio inuentuꝫ ac ſanctificatũ eſſe. ideoqꝫ tãta dulcedine inſignitum et potationi cunctorum ſatis accommodum Itaqꝫ venerandũ eius corpus p̃mo traiecto platum eſt. poſtea ad vuldenſe monaſteriũ tranſlatũ eſt. qd̾ quidẽ ipſe a fundamento ꝯſtruxerat. et in quo paſtor inclit⁹ honeſtiſſimũ vere innocẽtie gregẽ adunatũ in xp̄o deuouerat In quatuor ergo feliciſſimis locis idẽ docginga traiecto in maguncia vrbe in vuldenſi cenobio beati martiris preſentia viſibilibus crebro ſentit̃ indicijs in quib⁹ ꝑ interceſſiones eius plurime ſanitates a domino. aliaqꝫ preſtantur beneficia vſqꝫ in diem iſtum.

De ſancto Lebuino

Sanctus Lebuinus ex britãnia occeani inſula origineꝫ ducens fert̃ a ſue lingue peritis primo liſbin vocat⁹ qd̾ romanus p̃mo ſonat car⁹ amic⁹ Dẽptis vero vel mutatis ad latinitatẽ quibuſdam litteris Lebuin⁹ eſt vocitatus Quodã eni preſagio futuroꝝ hoc ſortit⁹ eſt nomẽ vt lingua ꝑria

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf